

perit con. venisset man. rec.

a/ libere con. libera m. r.

similiter villam sancti Naboris. Ca-
strum de Gardia edificavit, salinas
in Redinga prope Habildingen fieri
procuravit, et turrim advocatorum
in Bakareto in introitu castri acqui-
sivit, et multa alia utilia procrea-
vit. Eciam accidit, quod Robertus
dux primus in Barro semel domi-
num Ademarium pro auxilio implora-
vit, cui in adiutorium venit in
Barrum. Et dum ad episcopatum
esset reversurus, aliqui ducis fami-
liares exercitum domini episcopi spo-
liaverunt, super quo dampno facta
est requesta ad ducem. Unde episco-
pus videns se non proficere accessit
et castrum Conflant cepit, et inde
cotidie ad terram ducis exiens magna
intulit dampna. Unde facta est con-
cordia, quod dux de 77 milibus libra-
rum Turonensium pro quibus Reginal-
dus episcopus Conflant et Conde obli-
gaverat, ~~100~~⁵⁷ milia defalcaret; et
dominus Ademarius tantum 20 milia
pro redemptione dictorum castrorum
dare deberet, et castra libera ad
episcopatum libere redirent. De quibus
statim 7 milia dedit, et ante termi-
num secunde solutionis mortuus fuit
non sine magno episcopatus detrimento.
Eciam iste dominus redditus ecclesie
Metensis augmentare studuit, unde
tria anniversaria pro se et predecessoribus
suis fieri ordinavit, ymo in augmentum
cultus divini capellam in ecclesia Metensi